# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Peccatum s
### cum fontibus primis

Liberum si confitemur arbitrium ut dicamus nos semper indigere auxilio. Et tam illos errare qui cum Manicheo dicunt hominem peccatum uitare non posse quam illos qui cum Iouiniano dicunt hominem peccare non posse.

Liberum sic confitemur arbitrium, ut dicamus nos semper Dei indigere auxilio; et tam illos errare qui cum Manichaeis dicunt hominem peccatum vitare non posse, quam illos qui cum Joviniano asserunt hominem non posse peccare; uterque enim tollit libertatem arbitrii.

Pelagius, *Libellus fidei ad Innocentium*, 13 (PL 45, col.1718).

Velle currere est meum,

sine Dei tamen auxilio non erit meum.

Ambrosius in quadam epistola.

uelle et currere meum est, sed ipsum meum sine dei auxilio non erit meum.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 133, 6 (CSEL 56, I. Hilberg ed., p.250, ll.6-7).